+

ipsa principali non soluta soluenda Citabis existens memora:
tus Recognoscens Nobilis Theodor Jaworski siue eius successo:
res, Ad Instantiam praefati Nobilis ac Religiosi Basilij Ja:
worski Praesbyteri Creditoris sui Vel eius Successorum ad officium
praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, ex hinc recessu supra:
scripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in pri:
mo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Iuri parere
i.d. respondere, Vadium praefatum, luere, Inscriptioni huic satisfacere
ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, Se ac suos succes:
sores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum
Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde Con:
sequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera
infirmitate pro maiori minorennitate Successorum, legatione
intra Vel extra Regnum Seruitio Militari ad munimenta
ad Exercitum, Vel aliis quibusuis, dilationibus et legalibus im:
pedimentis, non differendo, ad quietationem praeterea Vltra
proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis
Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones
appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa
omnia poenis simplicibus Vel duplicatis, Quaestionibus, Suspensio:
nibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terrestri, bello Conuentioneque
ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugien:
do, nec modo alio quouis euadendo. Hac sua praesenti perso:
nali recognitione ad praemissa omnia mediante.

30/III

Feria Quarta post Do:minicam Laetare Quadra:gesimalem proxima

Anno.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

Kraijski Winnickiemu Roborat

1067

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus famatus Joannes Kraijski Civis et Incola Premisliensis sanus mente et corpore existens, foro suo quovis proprio omisso et Jurisdictione propria posthabita praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni, quo ad actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere publice ac personaliter recognovit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis generaliter omnibus summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosorum Stephani Winnicki et Magdalenae de Kraiow Coniugum, ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum, de actu et data illius hic Premisliae die hesterna actum praesentem praecedente mense feria tertia post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima Anno praesenti confectum, conscriptum, datum, manu sui Recognoscentis propria subscriptum, in omnibus et singulis scripti eiusdem manualis conditionibus, punctis, clausulis, articulis, rigore in eodem scripto contento ligamentis ac nexibus

+

generaliter Universis eisdem Generosis Winnickim Coniugibus
eorumque posteris firmiter tenere, complere, exequi ac inuiolabili-
ter obseruare, omnibusque et singulis eiusdem Scripti contentis
tam in toto quam in quauis minima parte semper toties quo-
ties opus fuerit satisfacere, Scriptum praefatum manuale ad In-
scriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem praesen-
tem Roboratoriam ad Scriptum praefatum manuale Vicissim
in toto referendo. Saltem sub rigore in eodem Scripto contento
per eundem Recognoscentem siue eius Successores praeno-
minatis Generosis Winnickim Coniugibus aut illorum posteris
ob non Completionem Contentorum Scripti praefati manualis
omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quo-
ties opus fuerit ad Luendum succumbendo. Pro quo quidem
Rigore in Scripto praefato contento modo praemisso ad luen-
dum succubito ac prore aliqua principali ex contentis Scripti
praedicti non completa Complenda, Citabit quitans memoratus
Recognoscens famatus Joannes Krayski Ciuis et Incola Praemy-
sliensis siue eius Successores, ad instantiam suprascriptorum Ge-
nerosorum Stephani Winnicki et Magdalenae de Kraiow Coniu-
gum legitimorum, aut illorum posterorum, ad Officium praesens
Castrense Capitaneale Praemisliense ex bene recessu suprascripto
quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Cita-
tionis Termino tanquam peremptorio stare, sub poena respon-
dere, rigorem Scripto praefato appositum luere, Inscriptioni praesen-
ti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque
ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesen-
tibus eundem Terminum primum peremptorium, Ut et alios omnes
exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos semper perem-
ptorios Vera infirmitate pro Maiori minorennitate Successorum

legaliono

legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad muni-
menta ad Curiam, vel aliis quibusvis dilationibus, et legalibus
impedimentis non differendo, ad quietationem praefatam ultra
proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis
Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones
appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa
omnia paenis, simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensioni-
bus, fatalis Juris, Praescriptione Terrestri, bello Convocationeque,
ac aliis omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo
nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti perso-
nali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Lityński et Szeptycki mutuo inter se Roborant.

1667

Comparentes personaliter coram officio et Actis prae-
sentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus
Generosi Hiacynthus Lityński olim Generosi Samuelis
Lityński filius ab una, et Alexander Zacharias Szeptycki
parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes a Ter-
ris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs
et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitane-
ali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem atti-
net se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere
publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seor-
sim suo pro interesse Recognovit, Quia ipsi et quidem praefa-
tus Generosus Szeptycki suo et Generosae Evae Lityńska olim
Generosi Basilij Lityński filiae, sui vero Recognoscentis
Consortis legitimae pro cuius ratihabitione cavet ac se praesen[ti]